et instrumentū quo caro mūdat et sudor corporis eradiſ: et  
qđ et strigil dicit⁹ apocopam.

S tignos. a stringo gis dicit⁹ hec strignos quedam herba. s.  
vua lupina: q̄ latine salutaris dicit⁹: quia dolorē capitī et  
stomachi incēdiū mitigat. Idē et vua lupina dicit⁹: qz se  
men eius v̄ue similis est.

S tringiria. a stringo gis dicit⁹ hec stringiria vel strāgiria: et  
est constrictio v̄rine.

S tringo gis xi ciū. et cōponit: vt astringo gis: astringo gis:  
distringo gis. vii districtus ta tu. exstringo gis: instringo  
gis: pstringo gis: pstringo gis. i. valde v̄l ante stringē. ob  
stringo gis. i. vndiqz vel h̄ stringē. restringo gis. i. iterū v̄l  
retro stringere v̄l ampliare: vel a strictura remouere. sub  
stringo gis. i. subtus vel post vel parū vel sursum stringē.  
Stringo et ei⁹ composita actiua sunt: et faciūt preteritū in  
struxi: et sup. in strictū fine n: et caret u post g.

S trix. a strido dis d̄r h̄ strix gis nocturna auis de sono vo  
cis dicta. qn̄ enī clamat stridet. hec auis vulgo d̄r ama ab  
amādo parvulos: vii et lac prebere ferē nascētib⁹.

S troma opus varie cōtextū: et dicit⁹ a strophā.

S tromaciū. a stroma dicit⁹ h̄ stromaciū cij cingulū varie cō  
textum cū gēmis.

S trophā in strophus exponit.

S trophas. a strophos qđ est cōuersio dicit⁹ h̄ strophas dis  
quedam insula.

S tropharius ria riū in strophos exponit.

S trophiū. a strophos qđ est cōuersio d̄r h̄ strophiū phijs cin  
guli: et pprie aurū cū gēmis: qz a posteriori parte cōuertit  
anterior. vii d̄r in hymno bt̄i Joannis baptiste: Prebuit  
hirtū regimē camelus artub⁹ sacris strophiū bidētes. D̄r  
etīa strophiū palliū virginale. s̄ stropheū aliud ē. vii v̄lus  
Sonā dic strophiū palmā dic eē stropheū.

S trophos v̄l strophos grece latine d̄r cōuersio. Et inde cōpo  
nit monostrophos: distrophos: tetrastrofpos. vii inne  
nit hec oda ē monostrophos: h̄ distrophos: h̄ tetrastro  
phos. monostrophos d̄r oda illa q̄tñ metri varietatē h̄:  
Sic distrophos d̄r oda illa q̄ semp in secundo v̄su repetit  
varietatē metri: Tetrastrofpos q̄ in q̄rto.

S trophula le dimi. partia strophā.

S troph⁹. a strophos d̄r h̄ stroph⁹ phi deceptor: impostor:  
fraudator. Et h̄ strophā p̄ heretora sua: argumētatio va  
ria: fraud: deceptio: neqtia: calliditas: impostura. vii stro  
phari⁹ ria riū fraudulēt⁹: callid⁹: impostor: versut⁹. Itē  
strophā d̄r cōuersio simplex in cātilenis. Et cōponit: vt an  
tistropha. i. h̄ cōuersione simplicē. Strophā ē cū fit muta  
tio de r̄nsorio ad versum: vbi ē qdā cōuersio mutate melo  
die prioris. Antistropha est qn̄ finito v̄su reincipit ipm  
r̄nsoriū v̄l medietas ei⁹. vii cant⁹ hymnoꝝ inuēt⁹ ē p stro  
phā antistrophā ad signū firnamēti notādū et planetarū  
q̄ h̄ cōuersione celi voluūt⁹. vii qdā cant⁹ solebat in ecclia  
eē quos vocabat strophos. Unū Macrobi⁹: In ipfis etiā  
hymnis deop per stropham et antistropham metra cano  
ris versibus adhibebantur: vt per stropham rectus orbi  
stelliferi motus: per antistropham diuersis vagorum re  
gressus predicaretur.

S trutio greco noīe quoddā aīal in filitudine auis pennas  
habē videt: tñ de terra alti⁹ nō eleuāt. oua souē negligit:  
s̄ plecta tantūmō fotu pulueri aīans vt Iſi. vult. et ponit

in fe. ge. i Job. xxxix. b. vbi d̄r: Pēna strutiōis filis ē pē  
nis herodij et accipitris: q̄ derelinqt oua sua in terra: et ut  
forſitan in puluē calefacies ea. Et infra: Prīmūt enī de  
sapiētia. Qđ v̄bū exponēt Hreg. i li. mora. xxx. dīc. Quis  
herodij et accipitré nesciat aues reliq̄s q̄nta volat⁹ sui ve  
locitate trāscendat. strutionis v̄o pēne eoꝝ filitudinē h̄t  
s̄ volat⁹ eoꝝ celeritatē nō h̄z. a terra quippe eleuari nō va  
let: et alas q̄si ad volandū specieter⁹ erigit: s̄ tñ nunq̄ se a  
terra volādo suspēdit. Ita sunt nimirū oēs hypocrite qui  
dū btōꝝ vitā simulat imitatiōē scē visionis habēt: sed  
vitatē sanctionis nō habēt. Habēt quippe volādi pēnas  
p̄ speciē: s̄ in terra repūt p̄ actionē: qz alas p̄ figurā scitāt  
ostēdūt: s̄ curarū seculariū pōdere pregrauati nullaten⁹ a  
terra subleuāt. qz v̄o hypocrite q̄z puerfa semp opent  
loq̄ tñ recta nō desinūt. Bene aut̄ loquēdo in fide vel cō  
uersatione filios pariunt: sed eos bene v̄uēdo nutritiōnō  
p̄nt. De hac strutione recte dicit⁹: que derelinqt in terra  
oua sua. qz enī hypocrite p̄ charitatis viscera nō calent de  
torpore plis edite. i. de ouoꝝ suox frigore nequaq̄ dolēt.  
et bene sequit⁹: Indurat ad filios suos q̄si nō sint sui. Quē  
enī charitatis grā nō infundit. primū suū etiā si ipse hunc  
deo genuit q̄si extraneū respicit. Uide tñ strutio eē mas  
ge. s̄m regulas Prisci. Inuenit etiā strutio omis a struo  
is: sed tūc scribit⁹ p̄ct. Hic pōt q̄ri an hypocrisy sit semp  
pctū mortale. Ad h̄ dico q̄ hypocrisy h̄z eandē rōnē pctū  
sic et mēdaciū. Mēdaciū aut̄ nō semp est pctū mortale: s̄  
qñ est pñciosum. et silr hypocrisy nō semp est pctū mor  
tale: s̄ qñ est pñciosa cadēs in nōcumentū alteri⁹ p̄sonē  
dū ppter creditā scitātē: aut defraudat aliquē re quā bas  
bet vel habere debet: aut in nōcumentū fidei ecclie dūz  
pter scitātē creditā de ipso ei h̄ fidē et ecclieā credit⁹. Et  
scias q̄ ille q̄ cū nō sit virtuosus p̄sonā virtuosi ostēdit hy  
pocrita d̄r. Hypocrita enī grece latine d̄r simulator. et qz  
ostētare de se meli⁹ q̄ sit: vitiū est iactātē siue v̄bis siue fa  
ctis fiat vt dicit⁹ in. iij. eth. Jō hypocrisy semp est pctū.  
Uide in hypocrita. Itē volo te scire q̄ aliud est pctū oē  
cultū nō p̄palare qđ discretiōis est: et aliud virtute ostēt  
are cū aliq̄s pctō subiaceat qđ hypocrisy est.

S tructura re in struxi is exponit.

S truecula le dimi. partia strues.

S trues. a struo is dicit⁹ h̄ strues is cōpositio: cōgeries: colle  
ctio: aceruus lignoꝝ.

S truma me a strues d̄r. i. gibb⁹ in pectorē q̄si strues humo  
ru. vnde strumosus sa sum q̄ h̄ strumā. Et compat. vii h̄  
strumofitas. i. gibbositas.

S truo is xi ciūere. i. cōponit: edificare: ordinare: prepare.  
vii structū aduer. Struo cōponit vt astruo is. i. affirmare  
asserere: assilare. et cōponit ex ad et struo: et abijsit⁹ d. Lon  
struo is. i. fil struere: circūstruo is: destruo is. i. dissipare  
deorsu: a structura ponē. exstruo is. i. valde v̄l ej̄ struere.  
instruo is. i. informare: p̄struo is. i. pre alijs v̄l ante strue  
re vel p̄dicē. obstruo is. Struo et ei⁹ cōposita actiua sunt:  
et faciūt ppteritū i struxi: et sup. in structū. A struo d̄r h̄ stru  
ctura re. et vt dīc Dap. structure sunt edifica possētōes.

S trup⁹ pi v̄l strupi s̄m quodā sunt vincula ex loro vellino  
facta quib⁹ remi ad scalinos alligant⁹. De quib⁹ Liuius:  
Qñq̄ remos iussit alligare strupis.

S tudeo des dui dere. i. operā dare: vacare discipline: inui  
gilare. Prope quidē studere est cū magna volūtate vehe  
mēter aīaz applicare ad aliqd pficiēdū. vnde h̄ studiu dī  
vehemēt applicatio animi ad aliqd pagēdū sumā cū vo  
lūtate. vnde studiosus sa sum. Et compat. Studeo cōpo  
nit vt instudeo des dui. i. valde studere. restudeo des dui  
i. iterū studē. et ē studeo neu. cū suis cōpositis: et caret sup.  
s̄m v̄sum: Deberet tñ facere studitū penl. cor. a studeo eo  
mutata in i et addita tum: vt cādeo et cādū cādūtū: studeo  
des dui ditū. Rarissime tñ ab oīb⁹ neutrīs secūde ciuga  
tionis q̄ in ui diuinas syllabas faciunt ppteritū inuenit hu  
iusmodi sup. v̄l participū futuri: vt caleo calni: tepeo pui  
palleo lui. siq̄ tñ inteniant: i breuē habēt ante tñ: vt dicit

## De littera

Pris. et cori. primā studio. Unū Esopus: Displacet impudens vnde placere studet. Et Horati⁹ in epi. Nō tua laudabis studia aut aliena reprendes. Qualiter autē studen dū sit: et in quib⁹: dixi in sentētia.

S tudioliū li dimi. paruiū studiū.

S tudiū in studio exponit.

S tulticia in stultus exponit.

S tultiloquius qua quū a stultus et loquor cōponit: q̄ stulta loquit. vnde hoc stultiloquiu⁹ qui⁹ stulta locutio. et corri. hanc syllabā lo.

S tultizo zas. i. stulte se habere: a stultus dicit.

S tult⁹. ab extollo lis dicit stult⁹ ta tu⁹ q̄si extult⁹: qz se extol lit. Ul̄ etiā dicit stult⁹ q̄si statim vltus. proprie tñ stult⁹ ē q̄ p̄ stupore nō mouet iniuria seuiciā enī fert: nec vltus ē nec vlo ignomine cōmouet dolore: qz stult⁹ est hebetior⁹ corde: sicut qdā ait: Ego me eē stultū estimo: fatiū eē non opinor. i. obtusis qdē sensib⁹ nō tñ nullis. et fm̄ h̄ stult⁹ dī q̄si seorsum ab vltō. Et compaf. vnde h̄ stulticia cie a gtō stulti addita cia. Vlide in fatiū.

S tupa. a stipo pas dicit h̄ stupa pe: et est canapi vel lini: dicta sic qz et ea rime nauis stipent. vñ stupe⁹ pea peum de stupa existēs. et stuposus sa sum: et stupo pas. i. aliquid stu pa obturare. Et cōponit: vt destupo pas: exstupo pas. i. valde stupare vñ stupā remouere. instupo pas. restupo as. Et ē stupo actiū cū suis cōpositis: et pdū. hāc syllabā stu.

S tupeo pes pui pere. i. murari: terreri: timeri: eē vel fieri stu pidū q̄si sine sensu. vnde stupid⁹ da dū. i. sepi⁹ stupens. Et compaf. vñ stupidio das. i. stupidū facē vñ stupe. Stupeo cōponit: vt stupefacio cis: et stupefio fis fact⁹ sum. Itē stu peo cōponit: vt astupeo pes. i. valde stupe: vñ ad aliqd stu pere. Exstupo pes. i. valde stupe: vñ a stupore cessare: libe rare. Instupo pes. i. valde stupē. obstupo pes. i. vndiqz vñ ob aliqd stupe. restupo pes. i. iterū stupere. Et ab oib⁹ p̄dictis inchoa. f. stupesco scis: astupesco scis: exstupesco scis et c̄. Stupeo et ei⁹ composita neu. sunt: et carēt sup. fm̄ vsum: et cor. stu. vñ Quidic⁹ de reme. Nō stupeant multo corda sepulta mero. Itē qdā: Sile miser atqz stupe cōbu reris quasi stupe.

S tupeo pes peū in stupa vide.

S tupeo pas in stupa exponit.

S stupor. a stupeo pes dicit hic stupor poris. et est stupor ca suis memoriam et rationē auferens et linguam impediens. vnde stuporatus ta tu⁹. i. stupefactus. et stuporousus sa sum. Et comparatur.

S stupoz paris in stupū exponit.

S stupū pri illicitus cōcubit⁹: et est proprie in virgine vel in moniali. et videf dici a corrumpēdo. vnde stuproz aris. i. stuprū cōmittere vel stupro corrūpe. vñ h̄ stupratoriu⁹ rī loc⁹ stuprādi. Et cōponit: vt stuproz aris. et ē stuproz des ponē. cū suis cōpositis fm̄ Hug. Inuenit tñ Hiere. ca. ij. Filii quoqz mempheos et tafnes stuprauerūt te vñqz ad verticē. Quidic⁹ epi. Nec preciū stupri gēmas aureūqz posci. Vlide in raptus.

S stupula le dimi. parua stupa.

## S

## ante

## U

S uadeo. a suauis dī suadeo des suasī suasum. i. hortari: su lere: monere. Qz aut dī suadere q̄si suauia dare. i. dicē vel suadere. i. in suā sortē trahē vel suasor in partē suā trahēs etymo. est. vñ h̄ suasor: et suasori⁹ rīa riū: et h̄ et h̄ suadibil⁹ et h̄ le. vñ suadibilit aduer. et h̄ suadibilitas tatis: et h̄ et h̄ suadibil⁹ et h̄ le. vnde suadibilit aduer. et h̄ suadibilitas: et h̄ suadela le. i. suasio: assensus. Hora. in epis. At bñ numatū decorat suadela venisqz. Suadeo cōponit: vt dissuadeo des. i. dehortari. psuadeo des pfecte suadē: effectū suasio nis obtinere: in suadēdo effectū habere. Suadeo et ei⁹ cō posita sunt actiua. et est syllabarū q̄ttuor in p̄la: h̄ in versu inueniāt triū syllabarū.

S uapte. i. sua spōte: sua natura: sua propria causa: suo vñ et more. et est pte syllabica adiectio q̄ adiūgit huic ablative

## S

## ante

## U

sua pnomini: vt dixi in meapte.

S uariū. a suis dicit h̄ suariū rī locus vbi stant suis.

S uafibilis. a suadeo dī h̄ et h̄ suafibil⁹ et h̄ le. i. aptus vel que niēs ad suadēdū. et suadibilis le idē. Unū in ep̄la bt̄ Jacobi dī q̄ sapiētia q̄ desursum est est suadibilis. i. ad suadēdū habilis passiue: qz q̄ h̄ dei sapiētiā de facili recipit bo nas admonitiones et p̄suasiones.

S uauiū. a saliuia dicit h̄ suauiuū rī basiū cū saliuia mixtū. vñ suauiuū dī qz sit suauie. Et inde h̄ suauio onis q̄ suauiuū facit. et suauio as: et suauior aris. i. osculari cū suauio. De h̄ etiā vide in osculū.

S uauiis. a sueo suis dicit h̄ et h̄ suauis et h̄ ue: qz sueta sunt suauia et ee soleū. Et compaf. vnde suauiter uius uiissime aduer. vnde h̄ suauitas tatis: et p̄ cōpositionē insuauis ue q̄suauis. i. valde suauis:

S ub p̄positio est: et deseruit vtric⁹ casui. Et nota q̄ quoties cūqz sub signū ad locū cōstruit cū actō tñ: vt Virg. Nitunt sub ipsos postes. i. ad ipsos postes. Itē qñqz ponit p̄ an vt Virgi. in geor. Sub lucē exportat calatū. i. an lucē. Itē qñqz ponit p̄ p̄: vt Sub noctē cura recusat. i. p̄ noctē. Ali bi videf signare in loco vñ q̄si in loco: et cōstruit tunc cū ab latiūto tñ: vt Sub domo. Et scias q̄ sub his l̄ris sequitib⁹ mutat b̄ i illas. s. c. f. g. m. p. r.: vt succūbo suffero suggesto: sū moueo: suppono: surripio. Vlide de h̄ in p̄ma parte: in ca de syllaba vbi agit de b.

S ubagito in agito tas exponit.

S ubarro. a sub et arra cōponit subarro ras raui rare q̄si latē ter arram dare. Unū bt̄ Agnes dixit: A nullo subarrauit me dñs meus iesus xp̄s et c̄.

S ubater. a sub et ater componit subater tra trū. i. aliquitulū ater. i. niger. et p̄ducita.

S ubbasilicanus na nū cōponit a sub et basilican⁹. et dicunt p̄prie subbasilicani q̄ habitat circa basilicā et sub alis ei⁹. et producit ca.

S ubcinericius. a sub et cinis cōponit subcinerici⁹ cia ciū. i. sub cinere coctus. Et inde subcinerizo zas. i. sub cinere co quere. et h̄ mutet in c in cōpositione sequete c: tñ in sub cinerici⁹ nō mutat: ne a succ⁹ et cinis cōponi videat.

S ubdecania nie in subdecan⁹ exponit.

S ubdecan⁹. a sub et decan⁹ cōponit h̄ subdecan⁹ ni q̄ē sub decano. et designat dignitatē in ecclia. vñ hec subdecania nie dignitas subdecani. et pdū. ca subdecan⁹.

S ubdiacon⁹. diaconi⁹ cōponit cū sub vel hypos qd̄ et dicit subdiacon⁹ et hypodiacon⁹. h̄ hypodiacon⁹ dī grece: sub diacon⁹ latine: q̄ iō sic appellant qz subiacēt p̄ceptis et of ficijs diaconi. oblatiōes enī in tēplo dñi a fidelib⁹ xp̄i suscipiūt: et diacono supponēdas altariib⁹ deferūt. Hi apud hebreos nathinei vocant. i. in humilitate dñō seruētes. Et hinc h̄ subdiaconat⁹ tus: vel hypodiaconat⁹ tus. i. of ficiū vñ ordo subdiaconi et hypodiaconi. Dī et h̄ subdiacon conis: et hypodiacon conis penul. cor. Vlide in ordo.

S ubdo. a sub et do das componit subdo subdis subdidi subditū. i. supponere: subiugare. Et inde subditus ta tum penultima correpta.

S ubdolus la lū cōponit a sub et dolus penulti. cor. et est sub dolus latenter dolosus: astutus: versipellis: varius. vnde subdole aduerbium.

S ubeo is iiii vel subij p̄ syncopā. i. subtus ire vñ post vel parū. Et cōponit ex sub et eo is. Itē iuuenit subeo is. i. sursu⁹ eo. Ita sumit Jo. vi. Subiit ergo iesus in montē. i. sursu⁹ abiit. et h̄ est l̄ra Aug. et tūc cōponit a sursu⁹ et eo is: et mutat s in b causa euphonie. L̄ra Chrysostomi est: Abiit ergo iesus in montem.

S uber in suberies exponit.

S uberatus ta tu⁹ in ero eras exponit.

S uberies. a sub et edo es est cōponit h̄ suberies ei arbor et q̄ cortex natatoriis extrahit q̄ suber dī. et dī suberies q̄si subedies: qz fruct⁹ ei⁹ suis edant: et sepe eadē arbor suber dī. Et vt dicit Pap. suber eris neu. ge. dī arbustula vñ ei⁹ cortex. Differētia tñ est inter suber et corticē. Vlide in cor

ter. et p ducit hanc syllabam su.

**S**ubbircus ci dicis a sub et hircus. Vide in brachiū.

**S**ubiectio. subiecta tu subiecti addita o fit hec subiectio onis. i. subiugatio: suppositio. Itē subiectio sī q̄ sumis in rhetorica fit q̄n aliqd q̄rim ab aduersariis interponētes rōnē: et postea qd est rō destruif qd subiūcif vt h. Qd fugiā capiar: clamē nō audiar: hostē aggrediar: vincar. vñ sic: O miser qd agas: de⁹ est quē spernis: An ipm euitare putas terra ciniq: Deū clam fugies h̄z nil latet h̄c falle ne: Sed idem qd fuit est et erit cognitione tenet.

**S**ubiectus ta tu in subiectio vide.

**S**ubigitas in agito tas exponit.

**S**ubigo gis egi actū ex sub et ago gis cōponit: et h̄z q̄ttuor significaciones. s. cogere: impellere: acuere: supponere vel subiugare: q̄si subtus agere.

**S**ubijcio cis ieci iectū ex sub et iacio cis. et ē subiectere subtū iacere: vel post subiūgere: r̄ndere: reddere. Vnde subiectus tatu: et subiectiu ua uū: et subiecto tas frequē. et etiā subiecto tas inuenit in eodē sensu. s. pro supponere. Et scribit subiectio p duo i in secūda syllaba: et est primū consonans: alterum vocalis.

**S**ubijct pteritū a subeo is. Vide in subeo is.

**S**ubito aduer. i. cito: velocit: repēte: inspirate. et vt di⁹ Dio. in epi. ad Haui: subito est qd pter spem et nō ex apparēte ad manifestū aductū.

**S**ubingalis. iugalis cōponit cū sub: et dicit h̄z et h̄z subiugal et hoc le. i. sub iugo posit q̄si domit: iugo assuet. Un in Matheo dicis Inuenietis asinā et pullū filiū subiugal. i. asine q̄ fuit sub iugo posita.

**S**ubiugo gas in iugo exponit.

**S**ubiumx. iugū cōponit cū sub: et dī h̄z et h̄z subiūx gis. i. bos sub iugo posit. Un qdā: Subq iugo posit bos dices tibi subiūx. et cor. penul. genitui.

**S**ublet a sub et molestia sta stū cōponit. i. tristis: infirmus: molestus. Et compat. Vnde sublestia. i. tristitia: molestia: infirmitas: anxietas.

**S**ubligar. a sub et ligō gas deriuatur h̄ subligaris. i. succinctoriū. s. bracariū. vñ subligar vocat quodlibet ligamē: vñ ligula calligariū: vel fascia q̄ ligant inguina victime vñ pā tomox: ne soluerent in libidinē: vel ne coirent. et cor. li h̄. pdū. ga. et dī subligar p subligare p apocopā. Juvenal Tisumq tenet: et subligar acci. et c.

**S**ubligo gas q̄si subtus ligare: a sub et ligo cōponit.

**S**ubligo gis legi lectū a sub et lego gis cōponit. et est subligere furari q̄si subtus vel latēter legere. et cor. li.

**S**ublimis. a sub et lim⁹ cōponit h̄ et h̄ sublimis et h̄ me penul. pdū. i. altus. Lū enī sublimia aspicimus oculos quo dāmō distorqm⁹ et diminuum⁹. Vnde sublimis dī a limo terre q̄si a limo subleuat. Et compat sublimior sim⁹. vñ sublimiter simē aduer. et h̄ sublimitas tatis. et ponit sepe sublimē pro h̄ aduerbio sublimiter. Itē a sublim⁹ dī sublimo mas vñ actiū. et inde vñ alia sublimato sublimas trix: sublimatio: sublimat⁹. Et est sublimare sublimē vel altū facere: exaltare.

**S**ublinguiū. a sub et lingua cōponit h̄ sublinguiū guij loc⁹ subtus linguā. Vnde sublinguiū dī foliū vñ aliud qd quis sub lingua ponit: et cantat vt aues decipiāt.

**S**ublustris in lustro stras exponit.

**S**ubneruo uas uauī uatū a sub et neruo uas cōponit. et est subneruare neruos poplicū succidere. Lū enī eq̄ subneruant q̄n eis nerui poplicū precindunt.

**S**ubnixus. a subnitor qd cōponit a sub et nitor teri dī subnixus et x̄ nomē. i. subiect⁹: supposit⁹: suffult⁹: humilis. pōt etiā eē participiū: et tūc pōt exponi sic subnitor exposnitur in nitor teris.

**S**ubo. a sus dicitur subo bas bauī bare. i. coire: libidinare: et est porcorum. Vnde sus subant. i. coeunt vel amiore coeundi fertintur.

**S**uboleo in oleo les exponit.

**S**ubsamino. samina ne p̄ nun est frūcatio naris vel os distor-

tū cū vultu. vñ saminores dicūt q̄ rectū vultū nō h̄sit. et q̄ cū ridem⁹ os solem⁹ distorqre et nasum frūcare: iō samina dī derisio. Persi⁹: Occipiti ceco postice occurrite samne. Vnde samino mñas. i. deridere. h̄z nō est in vsu. Et cōponit subsamino as. i. deridere. vii. pp̄ha: Et dīs subsaminas uit eos. et scribit p̄ min: vt p̄z in Papia.

**S**ubselliū. a sub et sella cōponit h̄ subsellū lii ornamētu eq̄ sub sella positū. Subsellū etiā dī sedes minorū sub pede posita: et inferi⁹ et dep̄ssi⁹ q̄z maioz sedes. et tūc cōponit a sedes q̄si subsedium.

**S**ubsequiū. a subsequor q̄ris dī h̄ subsequiū quij. i. seruitiū q̄si subsequēs obsequiū.

**S**ubsexquiterius in sexqui exponit.

**S**ubsexquialiter in sexqui exponit.

**S**ubfilio lis cor. si in salio lis exponit.

**S**ubfistentia. a subsisto stis dī h̄ subsistētia tie. i. forma: q̄ sub se fīstis fluxū materie.

**S**ubsolanus. Sub componit cū sol: et dicit hic subsolanus quidam ventus: quia sub sole nascit. Vnde potest cōponi a sub et solanus.

**S**ubstātia. a substō stas dī hec substātia tie: q̄ substāt acci denti. Vnde h̄ et h̄ substātialis et h̄ le: et substātialit aduer. Et cōponit: vt substātial le: et substātialit aduer. i. eius dē substātiae: vt fili⁹ dei dī pri substātial. Et scias q̄ substātia diuidit in p̄mā substātia et secūdā. Prima substātia dī socrates: secunda hō vel aia. Itē substātia diuidit in corporeā vt lignū: et in incorpoream vt aia. Itē substātia diuidit in materiā formā et cōpositū. h̄z magi ad alia scientiam pertinet.

**S**ubstātiūs. a substās vel substātia dicis substātiū ua uū i. substātā vel ad modū substātie signās vel supponēs: vñ modo substātie designās. Vnde substātiūo uas. i. substātiū facere.

**S**ubstitutio is in statuo is exponit.

**S**ubsto. a sub et sto stas cōponit substō stas stiti stitū. et est substare subesse: subtus stare: vel subfistere. Vnde substās stantis ge. ois.

**S**ubtegmen. a subtego gis dī h̄ subtegme nis filū qd inter stamina discurrit. vel deriuat a subtego xis: q̄ sub stamine in tela texit. et cor. penul. genitui.

**S**ubstel ima pars. s. pedis medietas: inde subtilis.

**S**ubtela. a sub et tilia cōponit h̄ subtela le. i. deceptio fraus. Et dicunt subtela q̄si subtilia tela. Dicis etiam subtela in alio sensu. s. corrigia que tendit sub cauda equi: et tūc cōponit a sub et telon longū.

**S**ubtelaris. a sub et talū dicitur hic subtelaris huius laris: q̄si subtalaris. i. calcaneus. Vnde dicit subtularis q̄si subtalaris: q̄ sub talo est: similiter a sub et talus. Sotular autē vñ sotularis nihil aliud est vt dicit magister Bene. h̄z aliq contrarium dicant.

**S**ubter. a sub deriuat subter et subtus aduerbia. et differūt: q̄ subter est qd re aliq supiori deprimit et cōculat: subtus quod demissionē alteri⁹ nō cōtingit. Itē subtus non exigit casum. h̄z subter exigit q̄nq accusatiū q̄nq ablatiū. Quoties subter signat eē in loco vñ q̄si in loco: cōstruit cū ablatiū trū: alibi vñ cū accusatiū. Et compat subter subterior: superlatiū caret.

**S**ubterc⁹. cutis cōponit cū subter vel sub: et dī subterc⁹ cutis ge. ois res exīs sub cute: et succ⁹ cutis filr ge. ois: et in eodē sensu. vii. succutic⁹ ca cū: et succutane⁹ nea neū: et subtercutan⁹ na nū oia p̄ re q̄ existit sub cute. et cor. primā cuti. vii. subtercutis penul. cor.

**S**ubtero ras. i. sub terra ponere: sepelire: terre infodere. Et cōponit a sub et terra.

**S**ubticeo ces cuiū ex sub et taceo cōponit: et cor. ti. et ē sub-

**T**icere subtus vel post tacere. Vnde subticeo scis inchoa. **S**ubtilis. a subtel qd est ima pars pedis dicit h̄ et hec subtilis et hoc le penul. pdū. acutius: exilis: astut⁹. Item subtilē tenuē: inualidū: leue. Item subtilis malitiosus subdo- lus fin Papiam.

- S**ubtrinū in sutrinū exponit.  
**S**ubularis et subtelaris dī. Uide in subtelaris. et pdu.la.  
**S**ubtus in subter exponit.  
**S**ububer. a sub et vber cōponit h̄ et h̄ sububer: vel h̄ sububer: hec sububeris et h̄ re. et dicuntur sububeris infantes: quod adhuc sunt sub vberem. et cor.be.  
**S**ubucula. a sub dicitur hec subucula le camisia vel sacerdos talis linea corpori penitus astricta. et dicitur sic quod subiicit pānis alijs. Et subucula ē talaris et pedestri camisia ephor super humerale. Uel potest dici subucula a suo suis. In viii. cap. Leuiti. dicitur: Uestimentum pontificis subucula. et corripit penultimaz. Unū quidam: Quod tunice suppono subucula dicitur esse.  
**S**ubudus da dū cōponit a sub et vduis quod est madidus: quod nō pfecte madidus: vel pfecte humidus.  
**S**ubula. a suo suis dicitur hec subula le. i. brocca ferrea cuz quod suum scutulares vel scutulares sine b a suo suis. Unū in lege precipit ut subula pforeat auris serui. Exo. xxii. unde subulas. i. scutre subula. et cor.bu. Unū quidam Est instrumentū subula scutoris acutū.  
**S**ubulcus. a suis dicitur h̄ subulcus ci custos sui. Quod autem dicitur subulcus quod suum custos etymo. est. Virg. Uenit et opilio tardi venere subulci. Subulcus autem aliud est.  
**S**uburbana sunt circumiuncta urbis edificia quod sub urbe posita sunt Isidorum.  
**S**uburbium. a sub et urbs urbis cōponit h̄ suburbium bij. et dicuntur suburbia burgi quod sunt iuxta urbē. unde suburbium quod locus sub urbe positus siue burgus. Itē suburbium alio nomine dicitur proastū.  
**S**uccedo. a sub et cedo dis cōponit succedo dis cessi cessur; et mutatur b in c: et sic succedo scribitur per geminū c. et est succedere subtus vel post cedere. unde hic successor soris dicitur qui locum precedentium occupat. et succedere dicitur prospere evenerire. unde hic successor suis sui. i. prosper et bonus euentus.  
**S**uccēdō dis di sum verbū actiū cōponit ex sub et candeo des dui. et caret supi. sicut et studio fm vsum: deberet tamen facere candidū sicut et studiū studio: et est succendere: latenter accedere.  
**S**uccētor. a succino nisi nūi centū ti: u in or fit h̄ succētor: et dī succētor quod in ecclia post pcentorē siue pncipalē cātos re subsequēter canēdo respōdet: vel quod facit officiū principaliter in choro sinistro.  
**S**uccensor soris in succedo dis exponit.  
**S**uccessus suis sui in succedo dis vide.  
**S**uccenturio as in centurio as exponit.  
**S**uccibo bas in cibo bas exponit.  
**S**uccidaneus. a succido dis derivat succidaneus nea neu. i. aptus ad succidēdū. et succisiū ua uū in eodē sensu. et hec succisiua uox tñ pluralit̄ declinat. i. frusta illa quod scutor ab scindit de materia: quod solea subtus abscondunt.  
**S**uccido dis si sum dere. i. subtus cedere: sic fit cū porri in duas terras cedunt. et cōponit a sub et cedo dis cecidi. et pducit ci ubiqz. Itē succido dis di supi. caret cōponit ex sub et cedo dis. et cor. ci tā in pnti qz in pterito. et est succedere quod subtus cadere.  
**S**ucciduus. a succido dis dicitur succiduus cedula diu. i. ad subtus cadiendū paratus. Unū Claudianus: Succidui tis tubant gressus et c.  
**S**uccinctor. a succingo gis xictū em: u in or fit h̄ succinctor toris qui se cingit causa ministrandi v̄ seruendi. sed succinctor per et dicitur qui facit officiū principaliter in choro sinistro.  
**S**uccinctoriū rī quo succingūtur: a succingo gis dicitur. Uide in cingo gis.  
**S**uccino nisi succinui succentū ex sub et cano nisi componitur. et cor.ci. Et est succinere parum vel subtus voce remissa vel post canere.  
**S**uccidaneus ua uū in succidaneus exponit.  
**S**uccōtrariōria riū a sub et contrariō: et mutat b in c: et sic debet

- scribi p duo c. vel fit figure decōposite a succōtrario: atque quod cōponit a sub et contrario. Et scias quod in dialectica dicuntur ppōnes succōtrarie due ppōnes ptcularē eiusdem subjecti et eiusdem predicatorū: quod una est affirmativa: altera negativa: ut quidā hō currit: quidā hō non currit. et differunt a contrariis in quantitate: sed conueniunt cū eis in qualitate fm dialecticum.  
**S**uccuba be penul. cor. cōis ge. quod vel quod succubat Et dicitur a succubo bis vel a succubo bas. unū quidā demones dicuntur succubi vel incubi. Uide in pilosus. Hic nota quod angeli corporib⁹ assumptis vitā nō influunt: h̄ tñ motū. Et iō considerādū est quod oēs operationes quod sequuntur corp⁹ viuū inqntū viuū est nō pñt angelis in corporib⁹ assumptis conuenire: h̄ tñ illa quod sequuntur corp⁹ mobile inqntū huiusmodi ut mouere: impellere: dividere: et huiusmodi. unde proprie et vere loquēdo nec coeunt nec generant: tñ p de monū actū cōpletū generatio: inqntū semē humanū apponere pñt loco conueniēti ad materiā proportionatā: sicut et semina aliarū rerū colligere pñt ad cōplendos seu colligēdos aliquos effectū: ut tribuat ei tñ id quod est motū localis: nō aut ipsa generatio cuius principiū nō est virtus demonis: aut corporis ab eo assumpti: h̄ virtū illi cuius semē fuit: unde et genit⁹ non demonis sed alicuius hōis fili⁹ est. Nec vident angeli p oculos corporis assumpti: quod hec est opatio potētie corporis viuētis. Nec locutio corporalis angelis conuenire potest in corporib⁹ assumptis fm cōpletā significationē cū nō habeant vera organa corporalia: sed est aliq̄ similitudo locutiōis inqntū intelliguntur et intellectus exprimunt quibusdā sonis qui proprie nō sunt voces h̄ similitudines vocū: sicut etiā quedā animalia nō respirātia dicuntur vocare. et etiā quedā instrumenta ut dicit pbs in. ii. de aia. et licet angeli non comedant in assumpto corpore christi tñ post resurrectionē vere comedit: quod cib⁹ conuersus non fuerit: quia illa decisio cibi fuit habētis virtute nutritiū et conuersiā.  
**S**uccessator in succo exponit.  
**S**ucciso. a succitio tis dicitur succiso sas frequē. et formatur ab ultimo supino succissu in o. et dicitur succissare trotare unde h̄ succissatura re. i. trotatura. et h̄ succissator toris. i. trotator: ut equus. Unū illud: Bradari⁹ est equus mollis incessus siue succissatura inimitens.  
**S**ucutanens nea neu in subtucus exponit.  
**S**ucuticus ca cu in subtucus exponit. et cor.ti.  
**S**ucutio tis cōponit a sub et cutio tis quod ad vocē: a sub et quatio quod ad significationē quod magis videt. et est sucutere subtus vel ab inferiori parte quatere: sic faciunt trotatores. unū sucutere est subtus vel sursum quatere.  
**S**ucidus. a succus dicitur succidus da dū. i. succoplen⁹: humid⁹ vel imbutus. Juvenalis: Qui succida nollet lana pati. i. tincta succo alicuius coloris.  
**S**ucinus. a succus dicitur hic succinus ni quedā gēma quā regi vocant electrum. s. fulgi et cerulei coloris fertur arboris succus esse: et ob id succinus dicitur. A quibusdam vocatur arpaga ab arpe quod est rapere: quia attritu digitorū accepta caloris animula folia rvestiū fimbrias et paleas: sic magnes ferrū rapiat. Sed hoc succinū dicitur pīris a succo ibi reposito. Juvenalis: In cuius manibus seu pinguia succina tricas. Quidam scribunt succinus et succus p duo c. Et scias quod Hieronym⁹ dicit sup illud Math. ix. Et surgens Mattheus secutus est eum. Si enim in magnete lapide et succinis hec esse vis dicitur ut anulos et stipulam et festucas sibi copulent: quanto magis dominus omnium renū creator ad se trabere poterat quousque volebat. et cor. penul. succin⁹ sed primā producit.  
**S**ucula le dimi. parua sus. Unde dicit Priscianus in tertio libro: Sus cōmune abiecta s et assumpta cula facit divisionem minutū succula.  
**S**uculentus. a succus et lentus componit succulentus lenta lentū. i. plenus succo. Et compas succulentus tior tissimus. unde succulentia tie.

**S**uculus li dimi. parvus sus. vel potest esse dimitti. de suis  
cuis. unde suculus parvus succus: sed tunc quidam gemit  
natur ibi c.

**S**ucus a succus dicitur hucus si qz sacco exprimat ut pta  
na: oposim: zomo. et sunt greca noia ista. vel sucus dicitur  
a sugo gis: qz sugit. vñ sucosus sa sū: abundans suco. et cō  
paratur ut sucosius fior simus. vñ sucositas tatis. Item a  
sucus dicitur suco cas: qd nō est in vsu. sed inde cōponitur  
exuco cas. i. sucū auferre: et pdu. primā. vñ in Aurora dī:  
in petra carnes ponit sucusqz iubens. Quidā tñ putant qz  
ibi sint duo c.

**S**udariū rī: in sudore das exponit.

**S**udates tis: qui facit suedes: et dicitur a suedes.

**S**udatus. a suedes dicitur sudatus su data sudatū. i. sudib⁹ ars  
matus vel ornatus. vel sudatus. i. sudus. Pōt etiā sudat⁹  
a sudore das deriuari. i. qz sudore emittit.

**S**udes a sudus dicitur hec suedes dis. i. palus: vel pica que  
terre infigit acuta: qz munda et purificat. Job. xl. In suis  
dibus perforabit nares eius. vñ fm quosdā suedes dicitur  
a suo suis: qz sepes qz suita sudibus videt eo qz suedes ex  
transuerso p eam mittant et figant: et cor. primā suedes no  
men: sed sudore das et suedes verbum producunt hanc sylla  
bam su. unde quidam: Trabs et acuta suedes: sed verbum  
dicitur suedes.

**S**udo. a suedes dicitur sudo das daui datū. i. sudore emittere  
quod magis fit in sereno qz in nubilo. vel qz tunc homo  
habet corpus subudu. vñ h Sudor doris. et hinc sudosus  
sa sum: et sudorosus sa sum. i. sudore plenus. et h Sudarium  
rij. i. facit ergi quo sudore a facie tergim⁹. Sudariū etiā  
dicit qz tenet sup cervical. Qz autem dicit sudaria a sudo  
dicta: qz sunt sudoribus vda: est ethymo. Sudor cōponit  
ut consudo das. i. simul sudare. desudo das. i. deorsum vel  
valde sudare: vel a sudore cessare. exudo das. i. sudorem  
emittere: vel extra sudore exire. insudo das. i. iniugilare:  
infistere: vacare operā dare. psudo das restudo das: presu  
do das. subsudo das. i. post vel subtus vel parum sudare.  
Sudo et eius cōposita sunt neutra. et pducunt hanc sylla  
bam su. sed suedes nomen ea cor. vñ versus: Le mars ferre  
suades inbe: vt p prelia suedes.

**S**udus sub cōponit cū vodus et dicit sudus da dū. i. seren⁹:  
mundus: purus. pprie quidē illud tps serenu dicit sudū  
qz venit post pluuiā. vñ et ver dī sudū. i. subudu: qz post  
hyemen venit. Sudus cōponit ut psudus da dū. i. valde  
sudus: et pdu. su.

**S**ueo es nō est in vsu in presenti: sed in preterito sueui: et in  
supino suetū. vñ suetus ta tū. Sueo componit ut absueo  
sues absuetum vel absuetus sū. i. dissuere. assueo es assuetum  
vel assuetus sum. i. valde suere. vñ hec absuetudo dinis. cō  
sueo sues consueui vel consuetus sū. vñ et suetum aduer.  
et hec consuetudo dinis. et hic absuetudinarius ria riū. dis  
sueo sues dissueui vñ dissuetus sum. desueo sues desuetum  
vel desuetus in eodē sensu. i. a consuetudine cessare. vñ h  
dissuetudo. insueo sues isueui isuet⁹ sū. i. valde suere vñ  
suere: desuere. vñ h isuetudo. pueo. i. valde vel pfecte suer.  
Et ab oībus istis descendunt inchoa. s. suesco scis. as  
suesco scis: consuesco scis: dissuesco scis: insuesco scis: per  
suesco scis. Sueo et eius cōposita sunt neutra. et habet par  
ticipiū preteriti tps. tñ in presenti et formatis a pnti litte  
raturā pntis semp seruantibus: nō sunt in frequēti vsu.  
vñ declinando inchoatiua solemus eis attribuere prete  
ta istoz ut suesco sueui. vñ Pris. videt velle qz suesco non  
sit inchoatiū: est tñ pculdubio inchoatiū. Itē nota qz  
absuescimus bona: insuescimus mala: assuescimus vtraqz  
ita vult Hug. Multi tñ dicunt qz Pris. videt velle: et vult  
qz predicta verba nō sunt inchoatiua. et facit suesco sueui  
vel suetus sū: et apud modernos suesco et hmoi nullam  
inchoationē notat. De h etiā habes in tertia pte in tracta  
tu de speciebus verborū ca. de verbo inchoatio.

**S**ueni preteritu vide in sueo sues. Itē sueui dicti sūt quida  
populi. vñ scribit in Papia: Sueui pars germanoz fue-

rim in fine septentrionis. dicti autem putant a monte sue  
uo: qui ab ortu initiu germanie facie: cuius loca incolue  
runt: et pdu. e.

**S**uffarcino nas in farcino exponit.

**S**uffecit preteritu de sufficio cis.

**S**uffectus cta ctū in sufficio cis exponit.

**S**uffercio cis fersi fersū cōponit a sub et farcio cis: et est suf  
fercire parū vel subtus vñ post farcere. et inde suffertus ta  
tū. et sufferto tas frequen.

**S**uffero a sub et fero cōponit suffero suffers sustuli sublatū  
et mutat b in f: et est sufferre pati: vel sustuli ferre: et eleuare.  
et est irregularē sicut et fero et pteritū sustuli scribit sine b: et  
mutat b in s.

**S**uffibulatoriū a suffibule las dicitur hoc suffibulatoriū  
toriū. i. subligatoriū. et hoc suffibulū li. i. subligaculum. vel  
potius cōponit a sub et fibula.

**S**ufficio a sub et facio cōponit sufficio cis suffeci suffectus  
et est sufficere quod vulgariter potest dici bastare. unde  
in secunda epis. Corinth. Sufficit tibi gratia mea. et fm  
hanc significationē inuenit sufficit impersonale. unde in  
ij. li. Regū ca. xiiii. ait angelo dñs percutienti. Sufficit. i.  
basta satis est: contine manū tuam. Item sufficere. i. sum  
ministrare: vt iste sufficit mihi necessaria. i. misstrat. Itē  
sufficere. i. subrogare: substituere. unde dicit episcopus  
vel consul suffectus. i. loco mortui substitutus. i. subroga  
tus in loco decedentis. unde dicit in. ij. li. Macha. ca. iiij.  
Suffecto uno ex comitibus suis andronico: et dicit suffe  
ctus a sufficio cis: vide in facio cis.

**S**uffio fis in fio fis exponit.

**S**ufflo a sub et flo flas cōponit sufflo flas sufflauī sufflare.  
i. subtus flare: vel p vñ parū flare. et sufflare. i. appodiare  
fulcire: appodiare supponere. vñ h sufflamē minis. i. ap  
podiamē. s. cui aliqd initit et sustentet.

**S**uffoco ex sub et faur fauci cōponit suffoco cas suffoca  
ui suffocatiū. i. sub fauce capere: strangulare. vno suffoca  
tus ta tū. et hic et hec suffocans cantis. Ezech. xxxv. Et suff  
ocans gentem tuā. Matth. xiiij. Fallacia diuitiarū suff  
ocat verbū. Matth. iiiij. Suffocat verbū. Luc. viij. Suff  
ocans. vñ dicit Grego. in homel. Suffocant enim qz int  
portunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant  
Item consuevit dici: Est sollicitudo suffocans. Et oīa pre  
dicta et consilia pdu. fo. vnde Oui. Suffocent aiām dira  
venena tuā. Et in hoc concordant cōiter doctores. Item  
fm quosdā suffoco cas potest cōponi a sub et focus: et tūc  
suffoco et suffocans et hmoi cor. fo sicut focus: unde con  
suevit dici: Suffocat extinguit: suffocat guttura stringit  
sed nō oēs recipiunt istam compositionē: unde magister  
Benedi. dicit: qz suffoco cas habet penultimā tñ longaz  
qz nullus notabilis autor eam cor. Componit enī ex sub  
et faur: et nō ex sub et focus: ergo trutānicū est illud: Su  
focat extinguit et. vñ supra. Hug. etiā dicit: qz suffoco pes  
nul. pdu. et Papi. fili hec dicit.

**S**uffraganeus a suffragoz garis deriuat suffraganeus nea  
neū. i. auxiliarius: et proprie in verbis. unde epi suffradas  
nei alioz epo: qz debent eos iuuare nō solū ope: sed etiā  
verbis. vel si non possunt opere saltem verbis. vide etiaz  
in metropolis.

**S**uffragines a sub et fragus cōponit he suffragines. i. pos  
plices: qz sub fragis sunt: vel qz subtus fragunt. i. flectun  
tur nō supra sicut in brachijs: et cor. gi.

**S**uffraginor a suffragiens dicit suffraginor naris. i. flecte  
re genua. vñ hic suffraginator toris: et hec suffraginatrix  
et hec suffraginatio. i. curuatio genuū. et suffraginatus ta  
tū fractis vel curuatis cruribus.

**S**uffragiū gj in suffragoz exponit.

**S**uffragoz a sub et fragoz garis cōponit suffragoz garis: et  
suffragatus sum. suffragari. i. auxiliari: et pprie in verbis  
s. preces effundere. vñ hoc suffragiū suffragij. et dicunt p  
pprie suffragia orationes sanctoz quas p nobis fundant  
ad deū et rogationes quas p xpianis eis fundimus. s. iste

Petre. Icte Paule: ora p nobis r̄c. et p̄du. fra suffragor. Suffumigiu a suffumigo gas qd cōponit ex sub et fumigo gas dicit suffumigiu gij. i. suffumigatio.

Suffumigio gas in fumigo gas exponit.

Suffundo a sub et fundo dis cōponit suffundo dis fudi su sū fudere. i. parū vel subtus fundere. vñ suffusus sa sum. i. subtus vel parū fusus.

Suffusoriū a suffundo dis dī. hoc suffusoriū r̄j vas in quo est oleū: qd ponit in lucernis. Idē et infusoriū ab infundo dis. Itē suffusoriū dicit p qd p̄jicitur ablutio calicis idem et infusoriū et fusoriū.

Suffusus sa sum in fundo dis exponit.

Suggero ex sub et geroris cōponit suggero geris gessi gestū: et mutat b in g. et ē suggere sumittere: substernere: sum ministrare: vñ indicare dicere: suadere: q̄si laten' aliquid qd alicui oculere: et pprie cā decipi ēdi: et in cōmodū dādi et vt dī. Intimat ad mentē: sed suggero spectat ad aurā.

Suggestio. a suggero ris dī hec suggestio onis. i. diabolica p̄suasio et oculatio.

Suggeritus. a suggero ris dicit b suggestus stus stui. i. suggestio. vel suggestus. i. tribunal vel sedes principis: sic dicta: qz ibi multa replicatio vestiū et pallioꝝ et tapetoꝝ sub principe gerit. i. ponit. vel qz dū princeps ibi sedet mltia ei in aurē suggestus.

Suggillo las a suggero ris dī suggillo las laui lare. i. suggerere. et sugillare. i. suffocare: strangulare: vñ manū gule dare: et ē stringere: et tūc cōponit a sub et gula q̄si sugillare i. sub gula cape. Itē suggillare. i. cōdēnare: irridere.

Suggrinde exponit in grunda.

Suguttotas in gutta exponit.

Suggo gis xi caret supino fin vñ debet tñ facere suctuz: xi in cū: et dicit puer sugere dū lactet. vñ in Luca: Btūs venter q̄ te portauit: et vbera q̄ surxisti. Et est sugo neu. cuz suis cōpositis: et scribit p vñ g: p̄du. tñ primā. Job. xx. c. Laput aspidū suget. Et Isiae. lxxi. Sugatis et releamini ab vbera.

Suillus. a sus dī suinus na nū. inde suillus la lū. dimi. Isa. lxxi. Qui comedū carnē suillā. i. suis. vide in suinus.

Suinus. a sus dī suin? na nū. i. ad suem p̄tinēs: vel res suis et vt dicit Pris. in. ij. li. vbi agit de posselliuis: Quin? deri riua ab oue: et suinus penultima p̄du. a sue. nā ouilla et suilla sūt dimi. et formaf suillus a suinus: abiecta et ad dito gemino ll: vt suinus suillus: ouinus ouill? fin Pris. sicut dixi in tertia pte in ca. de diminutiis noībus.

Sulco. a sol dī b sulcus ci qd defossū est inter duas porcas qz sulcus sole capiat. vñ et sulcus dicit q̄si sole capiens: et est ethymo. vñ sulcus dī a suo suis: qz vomere transuit: vel q̄si suendo fuit sulci. vñ sulculus li dimi. et sulcosus sa su: et b sulco conis q̄ sulcos facit. et sulco cas a quo cōponit vt consulco cas: desulco cas. i. valde sulcare: vel sulcos destruere: dissulco cas: insulco cas: resulco cas. Et est sulco neutru cū oībus suis cōpositis.

Sulculus li dimi. paruu sulcus. vide in sulco cas.

Sulmo onis est qdā regio de cui? regionis oppido. s. Deligno natus fuit Qui. vt dixi in mātua. et declinat b sulmo monis. vñ b et b sulmonensis et b se: incola illius ciuitati vel p̄tinēs ad illā ciuitatē. et p̄t dici sulmo a sol et moys qd est aq: q̄si solis aq vel fons: sua enī amenitate q̄slibet p̄uincias proximas. s. collaterales superat. vñ ipse Qui. Sulmo mibi p̄fia ē gelidis vberrimis vndis. vñ sit ethy. sulmo q̄si solis moys. i. aqua.

Sulphur. p̄r cōponit cū solii qd est terra: et dicit b sulphuris q̄si soli pir. i. ignis terre. vel cōponit sulphur a solus et vr. i. ad ignē aptū. vel p̄t dici sulphur q̄si terra ignis: qz cito ignit et accendit et est sulphur fomentū ignis: qd tñ sic ignē nutrit vt grauissimū fetore eralet. vñ sulphureus rea reū. i. de sulphure existens. et hoc sulphureti ti locus vbi sulphur abundat.

Sum es est verbū substantiū: et caret p̄terito: s̄ accipit mū tuo a suo suis: et facit sui suist fuit: s̄ b̄z duo p̄cipia ens

et futur?: et essendi do dū gerūdia ficticia. Sum cōponit vt adsū ades. i. iuxta vel piis sum: et inde assuturus ra nū. absū abes. i. longe esse et nō esse ibi: a sensu corporis dista re. vñ absuturus ra nū. et b et b absens tis. desum dees i. abesse vel deficere: Hō ppe abest: sed vinū deest. abest qd alibi est: deest qd deficit et nō habet. vñ defutur? ra nū insum ines inest. i. esse in: vñ infutur? ra nū. intersū interest interest. i. inter aliq̄ esse: vt interfui lectioni. et interest inuenit impsonale: de quo dixi in suo loco. p̄sum p̄des p̄dest. i. p̄ficere: pficiū ſerre. vñ p̄futuras ra nū. p̄res p̄res. i. p̄stare: superstare. vñ p̄sens tis oīs ge. i. p̄stas: superstans. Item sum cōponit cū potis: et dī possum potes. i. sum potis: vel sum potens: vñ potens oīs ge. Itē ob sum obes. i. nocere. vñ offuturus ra nū. i. nociturus: vt p̄mitto me tibi nō offuturu si id hodie feceris: et dī obsum tibi. i. sū ob te. i. 5 te. subsum subes. i. esse sub. Sū et eius cōposita neutra: et simplex. s. sum es est: est verbū substantiū. et nullū cōpositū ab eo p̄t esse substantiū. vñ sum b̄ exigere ntū post se: sed nullū cōpositū ab eo p̄t hoc face re. Item tria cōposita ab eo habent p̄cipiū in ens: absū ables: presū presens: possum potens. Et scias q̄ quā dicit: In principio erat verbū: perat signat non t̄pis: sed substantie significatio: vt dixi in positivis. Itē nota q̄ b̄ verbū est p̄t esse impsonale in quattuor locis: vt dixi in tertia pte in tractatu vboꝝ in ca. de gerūdijs. Itē aīaduer te q̄ futurus nō p̄t regere ntū sicut habes in futurus ra nū. Item p̄t dici: Ego potestas sū bonus. sed in tertia p̄sona male dicit potestas est bonus: vt dixi in potestas. Item nolo te ignorare q̄ ntū q̄ apponit huic verbo sū es est nō tenet accordare secū in numero nec in p̄sona. vñ bene dicit sū homo sum hoīes: sicut dixi in quarta parte in tractatu de allothea vbi egi de plensi. Nota etiā q̄ b̄ verbū sū es est potest recipere quēcūq; ntū: sed alia verba quā habeāt in se copulā implicitā. i. coartatā nō pos sunt recipere quēcūq; ntū: vt dixi in incendio dis. Item an fit dicendū vni: vos estis bonus boni: vos estis legēs vel legentes: dixi in tertia parte vbi egi de numero noīis. Item volo te scire q̄ hoc verbū est regit duos diuersus datiuos simul ex vi acquisitionis: vt hec res est mihi hoīor. vñ in Lu. ca. x. dī: Hō nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solam ministrare. sed viuis datiuis regit ex vi acquisitionis acquirentis. s. mibi: alter. s. cure ex vi acquisitionis acqsite. vñ ibi est duplex acquisitionis. s. acqreis et acquisita. vñ nō dī copula interponi.

Sumen. a sus dicit hoc sumen nis. i. minuta porcorū exta vel p̄guedo q̄ est in ventre porci vel potius porce fete qd et abomen dicit q̄si abditū omentū: sed ponit p̄ quodaz bono ferculo. Persus Lalidū scis ponere sumē. Sumē etiā dicit tenerrimus arboris cortex. et hinc pubendorū et pubendarū pilos: sumina dicimus: qz virtus humani suminis illos p̄fert. Sumen etiā ponit pro vmblico. vnde dicit Alucēna li. iii. ca. de causis hydropisias asclitis. Iuantes dū sunt in ventre mingūt ex sumine: et orti anteq̄ liget sumen eis mingunt etiā ex sumine quā phibet in vrina ex illo latere tendit ad vesicam.

S ummanus. a sumus et manes: inde cōponit b suman? ni i. pluto: de? ifermi q̄si sum? manū. i. ifernaliū: et p̄du. ma. sumministro a sub et ministro stras cōponit suministro stras: et mutat b in m q̄si subtus vel submistrare seruitū vel subsidiū p̄bere: vide in ministro.

S umitto a sub et mitto cōponit sumitto tis misit tere. i. supponere. vñ mutat b in m fin Pris.

S ummo supra ponit p̄ positivo: et dicit supra riorū supm?: vel sumus ma mū. et a sumus b summa: cōpendiū: totū quā dā breuitate ūtīens: vel capitale. vñ sumo mas sumā facere: vel sumatim cōprehenderet colligere. vñ sumatim aduer. breuitē: strictū: partim: festinantē. et cōponit vt cōsumo mas. Itē a summis b somitas tatis p̄ duo m.

S ummotio ues in moueo ues est.

S ummula le dimi. parua summa.